



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput. 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

vtabantur sedentes in cisalpinis. \* Chlodoueus missis exploratoribus ad urbem Camaracum, perlustras omnia ipse sequitur, Romanos proterit, ciuitatem capit; vsq; Suminam fluuium omnia occupauit. Hæc generatio fanaticis vsibus culta fertur. Super littore maris ætatis tempore Chlodoueo cum vxore residente, meridie vxor eius ad mare lauatum vadens terretur bestia Neptuni, qui Minotauro similis eam adpetisset. Cumq; continuo aut bestia aut à viro fuisset concepta, peperit filium nomine Merouicum: propter quod reges Francorum post vocantur k Merolingi.

al Clodco.  
ap. Greg.  
Tur. Chlogie.

**V**itus Imperator luxuriosus: Apud Placentiam urbem Episcopus ordinatur, & postea ad Basilicam sancti Iuliani fugiens vitam amisit.

k. al. Meroni.  
gi.  
Caput. 9

**C**HILDERICUS vero filius Merouei cum successisset patri in regno, nimia luxuria dissolutus, filias Francorum stupro tradidit. Illi vero, ob hoc indignantes eum de regno eiciunt. V Vinomadus Francus fidelissimus cæteris Childerico, qui eum cum à Hunis cum matre captiuus duceretur, fugaciter liberauerat. Hoc euentu aureum cum Childerico diuidens, dum cerneret, quod Franci interficere eum conarentur, dixit ei, Fuge in Thoringiam latita aliquantum ibi: si potuero, tibi Francos placare, istum aureum medium tibi ad signum dirigo: & si non potuero, vbicumq; aggressus fueris, mihi notam facias viam tuam. Quando quidem potuero, & istam partem tibi direxero, partesq; coniuncte vnum effecerint solidum, tunc securus patriam repedabis. Childericus habitans in Thoringia apud regem Bylinum vxoremq; eius nomine Basinam latuit. Franci tum Ægidium vnanimiter regem adsciscunt; V Vinomadum amicum Childerici subregulum ab Ægydio Franci instituerunt:

l. Vide Baron.  
tom. 6 an 436  
& Greg.  
Tur. 2 cap. 11.  
Caput 10.  
Eadem Aim.  
in lib. 1. cap. 7.  
Greg. 2 cap. 12

Qqqq

cusq;